

# 581 Disp. XVI. Part. I. an intell. sit nobilior vol. 582

*Ad quinuā.* *Ad quā ntam nega minorem, item & eius probationem; nam sicut cognoscere in suo genere est excellens, ita & appetere.*

*Ad sextā.* *Item nega minorem, & ad eius probationem dic quōd sicut voluntas appetit singularia, ita & intellectus etiā directē illa intelligat.*

*Ad septimā.* *Ad septimam dic etiam per voluntatem hominem assimilari Deo, imo magis per voluntatem, quā per intellectum, quia eo magis videtur assimilari Deo, quō magis amat: amat autem per voluntatem; Ad Sanctū Augustinū dico ipsam per rationem intelligere vtrāq; potentiam, nimirum voluntatem, & intellectum, & licet intellectus sit prior voluntate prioritate naturae, non tamen prioritate nobilitatis; nec enim necesse est id, quod est prius natura esse prius nobilitate; imo vero Physicē loquendo natura incipit ab imperfectoribus.*

*Ad octauā.* *Ad octauā: nega minorem, & ad eius probationem concede maiorem de potentia, quae se fundit realiter, nega vero de ea quae se fundit tantum metaphoricē: at voluntas funditur ad obiectū tantummodo metaphoricē, & intellectus non attrahit suum obiectū nisi sympatheticē, & veluti metaphoricē iuxta nostram opinionem sequenti partitione ponendam, aut secundū communem opinionem per species intentionales, qui modus abstracti obiectū non est realis, sed tantum aut metaphoricus, aut intentionalis; nihil habet ergo quoad hoc prærogatiue intellectus supra voluntatem.*

*Ad nonam.* *Ad nonam nega minorem, & ad eius probationem di maiores abstractionem non importare maiorem nobilitatem, nisi forte secundū quid, nam & Logica, & Mathematica scientiæ habent abstractius obiectū, quā Physica, & tamen non sunt multo nobiliores scientiæ. Respondent alij negando obiectū intellectus esse abstractius obiecto voluntatis; nam, præterim secundū Scotitas, ens est obiectū tum intellectus, tum voluntatis, sub diversis tamē formalitatibus: at quōd obiectū intellectus sit prius, iam dicitur est nullam inferri debet excellentiam, quia prioritas naturae non necessariō infert excellentiam.*

*Ad decimā.* *Ad decimam: Transeat maior; non enim ad præsentem spectat materiam; nega vero minorem, & ad eius probationem dic consecutionem summi boni nihil esse aliud, quām unio cum summo bono per operationem, quā attingitur obiectū: sed id præstat voluntas; quia etiam per operationem voluntatis attingimus Deum ut obiectū, & vniuersum cum ipso tanquam cum obiectō; imo omnis potentia attingens suum obiectū dicitur illud consequi, siue sit potentia appetitiva, siue cognoscitiva, voluntas ergo unita summo bono, hoc est effecta beatifica dicitur possidere summum bonum æquē suo modo, atque intellectus.*

## CLYPEVS QVARTVS.

### Soluuntur rationes Scotistarum.

*A* *Ad primā: neganda est minor, & ad eius probationem dici solet, quōd licet amor in genere moris sit aliquid præstantius cognitione, non tamen in genere entis: item odium in genere moris est aliquid deteriorius ignorantia, non tamen in genere entis.*

*Num. 4.  
Soluuntur  
rationes pro-  
bantes oo-  
bstantem  
esse nobilio-  
rem intellectus.*

*Ad primā*

*Ad secundā:* dices comparationem illam fieri in diuerso genere, prouidēque non valere nisi analogice, & secundū quid, non vero simpliceret; unde negandum est illud, quod est præstantius simpliciter in genere moris, esse quoque præstantius in genere entis; nam vir pius, imbecillus tamen corpore, est præstantior impio integris viribus prædicto in genere moris, non tamen in genere entis.

*Ad tertiam:* concede maiorem de nobilitate secundū quid, sicut illud est *vas nobilium* secundū quid, quod nobiliores continent liquorē, non vero nobilium simpliciter; vas enim testaceum potest continent nobiliorem liquorē, quām *vas aureum*, attamen nemo dicit *vas testaceum esse nobilium vase aureo*: Ad minorem quoque potest dici, quōd ex nobiliori bus habitibus colligatur tantū nobilitas in genere moris; Ex his patet solutio ad cetera illius argumenti.

*Ex quibus etiam patet responsio ad quartam;* *Ad quā.* *voluntas enim facit simpliciter bonum, non in genere entis, sed in genere moris; non negant autem Thomistæ, quin voluntas & actus voluntatis sint nobiliores in genere moris: at proposita in titulo difficultas tantum procedit de nobilitate in genere entis, & de nobilitate simpliciter; nobilitas enim in genere moris est nobilitas secundū quid.*

*Ad quintam concede maiorem de potentia,* *Ad quinta.* *qua regit imperatiū, at negant Thomistæ imperium esse actum voluntatis præcisè, sed intellectū. Deinde dum voluntas mouet intellectū debet iam prius esse mota ab intellectu, unde mouens primariō dicitur esse intellectus; mouens autem primarium est nobilis: Ad illud D. Bernardi dic voluntatem esse pedissequam secundū quid, seu in quantum obiectū voluntatis proponitur ab intellectu, at vero elicitiū non est voluntas pedissequa: vocat ergo D. Bernardus rationem pedissequam; quia voluntas eligit, & non eligit, quod non proponitur ab intellectu: Aut dī quōd ratio sit pedissequa, in quantum etiam suo modo voluntas mouet intellectū.*

*Ad sextam:* *responde, quōd voluntas non habeat pro suo obiecto finem aliarum potentiarū, nisi remote, & per accidentem; Aristoteles vero intelligitur de potentia habente finem pro obiecto proximo: Addē quōd sicut Deus sub ratione summi boni est obiectū voluntatis, ita sub ratione summi veri sit obiectū intellectus; quōd si quo modo voluntas habeat pro obiecto finem potentiarū appetiuarum, ita suo modo intellectus habet pro suo obiecto finem potentiarū cognosciuarum; finis autem potentiarū cognosciuarum est nobilior fine potentiarū appetiuarum.*

*Ad septimā:* *negabitur antecedens, & ad eius probationem dic solummodo intelligi nobilitatem secundū quid, & ab extrinseco, sicut paries Luteus, ornatū tamen quibusdam picturis, dicitur secundū quid præstantior nudo pariete marmoreo, attamen simpliciter paries marmoreus est nobilior pariete Luteo.*

*Ad octauā:* *concede maiorem de eo, quod dat independenter: at voluntas non dat nisi veluti secundariō, & instrumentaliter intellectui potestatem iudicandi, in quantum mediante sp- petitu*